



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 95. Fœderatorum Belgii Ordinum edictum contra Sacerdotes Catholicos
, & Sacram Sedem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

Ducem vehementer vel ideo quereretur, quod hic Præco Calvinistas a communione Augustanæ Confessionis exclusisset, atque eos impetiisset diffamationibus & convitiis, quæ sicut omnibus Christianæ doctrinæ Regulis adversarentur, ac Imperii Constitutionibus, Cæsareis edictis & Imperii recessibus sub gravissimis pœnis prohiberentur, ita vel maxime ab Evangelicorum ore & auribus aliena esse deberent. His addidit Rex, se minime dubitare, hoc scriptum tot disteriis ac convitiis scate s. ipsi Duci ummopere displicuisse, proin confidere se, non modo ipsius Consistorium ob concessam approbationem, sed ipsos etiam scripti Auctores severe admodum castigatum iri, ne unitas & concordia inter utramque partem Augustanæ Confessionis addictam iniquo hoc tempore adeo necessaria dissolveretur.

§. XCV.

Fæderati Belgii edictum contra Sacerdotes Catholicos & Sacram Sedem.

Iterata clades, quæ Quesnelli Sectatores tam Romæ, quam in Galliis atque in omnibus ferme Orbis Catholici Provinciis affecti fuerant, Ultrajecti-

Sæc. XVIII. jectinos Jansenistas ad tantam concitavit
A. C. 1730. vit rabiem, ut Romanæ Sedi, & Co

tholicis saltem per latus lethale vulnus infligere molirentur: Peropportuna ad hoc occasionem nacti erant ex ipsius turbis, quas nonnulli Præsules, Proceres, atque Advocati in Francia adversus Gregorii VII. Officium & Benedicti XIII. Constitutionem excitaverant. Ab his ergo arma mutuantes Ecclesiam Catholicam, ac supremum ejus Caput, omnesque, qui eidem adhaerere, & sibi adversantes noverant, bellare constituunt: Præprimis ergo Calvinianos fœderati Belgii Status studiis addicere nituntur, utque eorum animos fraudulentius blandiusque illaberentur, primo sincerum pro patria Zelum, ingensque conservandæ quietis studium jactitant, dein gravibus verbis exponunt, novissime Romanis Pontificibus per Sacerdotes ejusmodi doctrinas innovari, quibus invalescentibus absdubio Reipublicæ salus, populique tranquillitas periclitaretur: Horum querelas benignis sermionibus excepere Calviniani Belgii Primores, moxque die vigesima prima Septembris Hagæ Comitum sequens Catholicæ Religioni non minus injuriosum, quam noxium promulgarunt edictum.

„Cupi
Hij

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

„ Cupimus equidem imo & ad-
 „ stringimur, ut ea omnia adhibeamus
 „ media, quæ congrua, & usitato no-
 „ stro regendi modo consona sunt, &
 „ quæ juxta nostram indulgentiam, quam
 „ in rebus ad Religionem spectantibus
 „ non modo erga fideles nostros subdi-
 „ tos, sed & illos, qui ad meridianam
 „ reformationis lucem adhucdum *in den-*
 „ *sis errorum tenebris, atque in Papatus*
 „ *superstitionibus hærent,* nobis necessaria
 „ videntur ad hoc, ut præcaveamus,
 „ ne periculosæ doctrinæ de absoluta
 „ Pontificis potestate non modo in res
 „ fidei, sed & in politicum Regimen
 „ invehantur, cum notum sit, quod
 „ Romanæ Sedis fautores & Protecto-
 „ res nostris Romano - Catholicis sub-
 „ ditis noxia ejusmodi dogmata instil-
 „ lare adlaborent. Recens vero, quæ
 „ de temeritate eorum, qui in Urbibus
 „ & præcipue in pagis nostra edicta de-
 „ super sæpius promulgata nequiter
 „ contempserunt, graves ad nos querelæ
 „ fuere delatæ, quibus excitati neces-
 „ sarium fore censuimus, ut hisce ma-
 „ lis præsentis edicto obviamus, seve-
 „ riori adhuc pœna, si opus fuerit,
 „ animadverturi in eos, qui forte per-
 „ niciosus ejusmodi doctrinis deinceps
 „ pertinacius inhærere præsumperint.
 „ Statuimus igitur I. Ut nullus Romano-
 „ *Hist. Eccles. Tom. LXXIII. Dd Ca.*

Sæc. XVIII. „ Catholicus Sacerdos suo officio fun-
 A. C. 1730. „ gatur, aut quodcunque Ordinis
 „ munus alicubi exerceat, nisi prius
 „ hoc scriptotenus concessæ facultatis
 „ literas obtinuerit, quas hi Sacerdotes
 „ in Urbibus a Præfecto, ruri vero
 „ Prætore Urbano recepturi sint, ser-
 „ tis iis, quæ in proximo Article
 „ præscribuntur. „

II. „ Excludantur omnes exteri Sa-
 „ cerdotes, & Monachi præcipue
 „ sunitæ, sive sint Professores sive Novitii
 „ qua in re observentur edicta Anno
 „ 1702. die 17. Aug. & 1709. die 25.
 „ Aprilis & Anno 1720. die 25.
 „ edita. „

III. „ Sacerdotes, priusquam
 „ cultatis literas impetrent, in præ-
 „ sibus Urbibus habitantes, sive Sa-
 „ dotali coram Prætore declarate
 „ proprio chirographo in speciali
 „ attestari teneantur, se sincere de-
 „ stari opinionem de Pontificis aut
 „ juscunque alterius Personæ Eccle-
 „ sticæ potestate subditos sub here-
 „ tici, & obedientiæ Superioribus
 „ bitæ juramento solvendi, simul
 „ etiam se non modo non assertores
 „ quod excommunicato aut Acatolico
 „ fides & obedientia præstanda non
 „ sed insuper contrarium propugnatur.

Sæc. XVIII,
A. C. 1730.

„cunctisque sibi subjectis idem inculca-
 „turos, hortaturosque tam verbis quam
 „exemplis, ut fœderatis Ordinibus ut-
 „pote legitimis suis Principibus sub-
 „jecti ac obedientes sint, & tranquille
 „ac quiete vivant, deinceps nunquam
 „aufuri, aut opere vel consilio, directe
 „aut indirecte, vel quocunque modo
 „hujus Provinciæ incolas inducere,
 „ut vel obolum, vel aliud æquivalens
 „cuidam Monasterio, Seminario, Col-
 „legio, Ecclesiæ, aut alteri cujus-
 „cunque nominis Catholicæ commu-
 „nitati extra ditionem exstanti legent,
 „promittant, vel donent, ac deni-
 „que, ut a Papa vel alio quocunque ab
 „hoc juramento, & attestatione vel in
 „genere vel in specie vel in parti-
 „culari absolvantur, aut dispensentur,
 „nec petituros, nec oblatam dispensatio-
 „nem acceptaturos.,

IV. „Omnes Sacerdotes, qui in
 „aliis urbibus vel ruri agunt, obtentas
 „concessionis literas infra mensem a
 „die, qua eas obtinuerunt, Pro-
 „vinciæ Commissariis exhibere te-
 „neantur, ac coram iisdem decla-
 „rationem in priori articulo præ-
 „scriptam faciant, ipsæ demum con-
 „cessionis literæ pro nullis habeantur,
 „nisi in illis scriptum factæ declara-
 „tionis testimonium reperiatur.,

D d a

V.

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

V. „ Si qui vero Sacerdotes non de
 „ tentis concessionis literis, nec factis
 „ hac declaratione in Ecclesiis, ædibus
 „ aut in aliis locis Ordinis sui actum
 „ exercere præsumperint, prima vice
 „ quingentos florenos, secunda vice
 „ eundem solvant, & unius anni carcerem
 „ plectantur. „

VI. „ Hi autem Sacerdotes, qui
 „ jam actu sua munia obeunt, lectis
 „ Mensis scriptam hanc declarationem
 „ facere, eique subscribere teneantur
 „ & si id præstare renuerint, patrias
 „ torres fiant. „

VII. „ Præfata multa pecuniaria
 „ æquis partibus in denuntiantem (supra
 „ presso ejus nomine) & in Prætoribus
 „ urbium vel pagorum distribuatur
 „ supremus vero Hollandiæ Procurator
 „ hanc multam a reis exigat, & ex
 „ utriusque Provinciæ Commissariis
 „ dulo inquirat, utrum aliqui trans-
 „ gressores reperiantur.

VIII. Senatus Deputati, & Urbium
 „ Præfecti omnium, quibus ejusmodi
 „ literæ fuerunt concessæ, indicem
 „ beant, quem supremo Procuratori
 „ quoties petierit, exhibeant. „

IX. „ Si qui in nostris terris Ro-
 „ mano - Catholici Sacerdotes Bullas
 „ Brevia, Decreta, mandata, aut
 „ alias quascunque ordinationes, qua-

„Ecclesiasticas res vel Personas con- Sæc. XVIII.
 „cernunt, directe aut indirecte Roma A. C. 1730.
 „vel Colonia a Nuntio, vel Bruxellis
 „ab Internuntio vel aliorum & a qua-
 „cunque Persona Ecclesiastica recepe-
 „rint, quibus Sacerdotes vel alii Ec-
 „clesiastici citantur, avocantur, trans-
 „mittuntur, aut a suis officiis suspen-
 „duntur, illas nemini communicent,
 „nec illis morem gerant, nisi quatuor-
 „decim evolutis diebus a die, quo il-
 „larum Protographum Senatus Com-
 „missariis & Urbium Præfectis exhi-
 „buerint: si igitur intra hos dies hæc
 „mandata, decreta &c. annullare jussi
 „non fuerint, tunc illorum transum-
 „ptum Prætoribus consignare tenean-
 „tur, & tunc primum illis morem ge-
 „rant, secus facientibus infligatur pœna
 „mille florenorum, & reservata pœna
 „arbitraria juxta edictum Anno 1702.
 „die 17. Aug. emanatum.,

X. „Præter numerum fixum nulla
 „Papistica Ecclesia erigatur, nec nova
 „ut vocant, statio, nec major nume-
 „rus Ecclesiasticorum in qualibet Sta-
 „tione inducatur, nec ulla Ecclesia in-
 „sciis aut invitis Prætoribus & Com-
 „missariis ampliatur vel renovetur, nec
 „id concedatur, nisi per Prætores Cal-
 „vinianos constiterit, illa loca, in qui-
 „bus Romano - Catholici conveniunt,

Dd 3

„ex-

Sæc. XVIII. „extrinsecus Ecclesiæ, aut publici ædificii formam non repræsentare, neque ad publicam plateam protendere.”

XI. „Prætores & Præfecti in illis incumbant, ut peregrinationes, alibi que publica & *superstitiosa* Romanorum Catholicorum exercitia etiam alibi bita vi impediant, atque in eos, quos vel facto, vel contumelioso verbo animis resistunt, tanquam publicæ pacis perturbatores animadvertant.”

XII. „Si vero ex ejusmodi violenta oppositione Justitiæ Administrati vel aliis aliquod damnum vel corporale vel temporale vel injuria inferatur, incolæ illius loci, ubi hæc resistencia fuit facta, damnum reatant, & teneantur.”

XIII. „Tandem omnes Prætores, Scribæ & Tabularii, qui Religiosi Catholicici in Curiis sunt, a suis Curiam juxta decreta Anno 1654. Jul. 29. & 1727. die 11. Octobris moveantur.” Egregium plane Calvinisticæ tolerantiaæ paradigma. Vixit si quis Princeps Catholicus in univ. Præconem & Calvinistam sibi inferentem tam propudiosum, ac Religiosum injuriam promulgasset edictum, quantos, quæso, clamores, querelas & tumultus in omnibus Imperii Curiam, & Principum aulis excitasset.

Protestantes? Conferat demum, Be- **Sæc. XVIII.**
 nevolus Lector hoc ipsum edictum **A.C. 1730.**
 cum Archiepiscopi Salisburgensis de-
 creto, quod die 31. Octobr. Anno 1713.
 contra subditos suos, qui se exterius
 adhuc Catholicos profitebantur, pro-
 mulgavit: facta autem hac collatione
 pro sua æquitate judicet, an si Ca-
 tholici in Belgio tum agentes vel ju-
 stam in easdem petulantias, uti hi ru-
 stici contra Archiepiscopum, contra
 foederatos Ordines erumpendi caussam
 habuissent, aut si re ipsa erupissent,
 an digni fuissent, ut eos eorumque
 seditiosos motus Corpus v.g. Catholi-
 corum Ratisbonæ vel alii Principes
 Catholici potenti suo patrocínio contra
 legitimum suum Principem
 foverent?

